



Die Stadt Prusa braucht eine Badeanstalt

Während seiner Statthalterschaft (111-113 n. Chr.) in Bithynien (heutiges Kleinasien) kümmert sich Plinius nicht nur um Verwaltung und Rechtsprechung, sondern auch um die Infrastruktur der ihm anvertrauten Provinz. Er braucht aber immer wieder den Rat des Kaisers
Plin. epist. X, 70

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI (SALUTEM DICIT)

Quaerenti mihi, domine, ubi Prusiae posset balineum, quod indulisti, fieri, placuit locus, in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis². Per hoc balineum enim consequemur³, ut foedissima facies civitatis⁴ ornetur atque etiam ut ipsa civitas⁴ amplietur⁵ nec ulla aedificia tollantur⁶, sed (ea), quae sunt vetustate sublapsa, relaxentur in melius⁷. Est autem huius domus conditio talis⁸: Claudius Polyaeus legaverat eam (domum) Claudio Caesari⁹ iussitque in peristylio templum ei fieri, reliquam partem domus locari¹⁰. Ex ea reditum¹¹ aliquamdiu civitas⁴ percepit¹¹; deinde paulatim partim spoliata, partim neglecta cum peristylio domus tota collapsa est, ac iam paene nihil ex ea nisi solum¹² superest. Quod tu, domine, sive¹³ donaveris civitati⁴ sive venire iusseris, propter opportunitatem loci pro summo munere¹⁴ accipiet. Ego, si promiseris, cogito in area vacua balineum collocare, eum autem locum, in quo aedificia fuerunt, exedra¹⁵ et porticibus amplecti atque tibi consecrare, cuius beneficio elegans opus dignumque nomine tuo fiet. Exemplar testamenti, quamquam mendosum¹⁶ (est), tibi misi, ex quo cognosces Polyaeum multa ad ornatum eiusdem domus reliquisse, quae ut domus ipsa perierunt, a me tamen, in quantum potuerit¹⁷, requirentur.

Traianus Plinio (Antwort des Kaisers)

Possumus apud Prusenses area ista cum domo collapsa, quam vacare scribis, ad exstructionem balinei uti. Illud tamen parum expressisti, an in peristylio aedes¹⁸ Claudio facta esset. Nam, si facta est, religio eius occupavit solum¹⁹, licet²⁰ collapsa sit.

Fragen zum Text:

1. Wo möchte Plinius die Badeanstalt errichten? Warum?
2. Wie kam die Stadt Prusa in den Besitz dieses Grundstückes? Wie lautet der Inhalt des Testaments?
3. Wie antwortet der Kaisers?

Kommentar



- ¹imperator = Kaiser
- ²deformis ruinis = verfallen
- ³consequor 3 = erreichen, bewirken
- ⁴civitas, -atis f = Stadt
- ⁵ampliare = verschönern
- ⁶tollere = abreißen
- ⁷relaxare in melius = ausbessern und erweitern
- ⁸est autem talis: = Mit dem Haus aber hat es folgende Bewandnis:
- ⁹Caesari = imperatori
- ¹⁰locare = vermieten
- ¹¹reditum percipere = Einkünfte beziehen
- ¹²solum, -i = Boden
- ¹³quod tu, domine, sive = wenn du, herr, dieses ...
- ¹⁴pro summo munere = als außerordentliche Gnade
- ¹⁵exedra, -ae = Gesellschaftsraum
- ¹⁶mendosus 3 = fehlerhaft
- ¹⁷quantum potuerit = soweit möglich
- ¹⁸aedes = templum
- ¹⁹religio solum. = es handelt sich um geweihten Boden
- ²⁰licet = auch wenn